



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Gallicanus M. 25. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

S. GALLICANUS M. 25.Iunii.

GALLICANI victorias de Persis Scythisque relatas admirandi, illam, quā seipsum triumphavit, imitandi jus esto. Eò gloriae venerat, ut Constantiæ conjugium præmium militiæ poscenti Constantinus pater negare nihil sit ausus, modò Scythes Romanis finibus ejecisset. In eo dum est, milites panico perculsi metu, magnam partem dilapsi infrequentia signa reliquere. Anxio cā re Gallicano Joannes & Paulus Constantiæ familiares, voti Deo nuncupandi consilium suggessere. Obtemperantem cælestis strategus crucem præferens, eo fretum signo, cinctumque, quos ipsi adduxisset, stipatoribus, sequi se ē vestigio jussit. Ita per attonitos hostes ad ipsum Scytharum regem penetravit. Neque ille ausus hiscere adversus tantam vim, vitam pactus se suaque Gallicano permisit. Inde illi veri Numinis admiratio, ejusque ritè colendi ardor injectus Romam deportato exercitu, abdicatā conjugii spe, rebusque humanis vale-re jussis, seipsum Christianæ modestiæ finibus circumscriptis. Ille orbis terror, & secundus à Constantino Dux, pater pauperum, peregrinorum hospes factus, pedum lorde ablueret, ægrorum lectulos sternere, inferre convivantibus cibos, obstupescente orbe terrarum, visus est. Julianus denique pestis pietatis hanc tantam virtutem proscrispsit, & gladio addixit. Decuit nimirum ut roties victor cælum laureatus ingredieretur, triumphalem currum manibus pauperum trahentibus. Ex Surio.

*Non est periculum quantumcumque te humilie, est autem grande periculum, si vel modicè plus vero te extollas; si vel uni te præferas, quem fortè parem tibi*

Q. 4.

veritas

320 VITÆ SANCTORVM. 26.Iunii.  
veritas indicat, aut etiam superiorem. Quapropter noli  
te comparare majoribus, noli minoribus, noli aliquibus,  
noli uni. S.Bern.serm.37.in Cant.

S. VIGILIUS EP. M. 26.Iunii.

**V**IGILIVM Pontificem Tridento Roma sub-  
misit annos non nisi XX. natum, sed jam  
tunc, si virtutes numerasses, grandævum. Ergo ab  
hæresi urbem, à superstitione deinde omnem latè  
viciniam purgavit. Eâdem operâ morbos, dæmo-  
nesque hospites è corporibus proscriptis, fana di-  
ruit Deorum, & solo Veronensium & Brixensium  
agro templo Deo extruxit triginta. Felicem se  
etiam credidit, cùm hospes hospitem D.Reme-  
dium excepit; sed magis oculos recrearunt homi-  
nes mille & amplius, quos omnes à fide aberrantes  
in viam reduxit Remedium, & ad VIGILIVM ad-  
duxit. Cæterùm cœpta inter eos familiaritas sem-  
per deinde duravit; & ad morientem in solitudi-  
ne Remedium accurrit VIGILIUS, ære campano  
ex pacto suâpte sponte monente. Justis deinde  
perfolutis, cùm ædiculam Remedium in templum  
vellet consecrare, præveniri se ab Angelis per  
quietem lubens volens vidit. Porrò ad Aunaniæ  
etiam populos Legatos misit suos, quos cùm im-  
pii adorti neci dedissent, ipse in illos movit, debel-  
lataque superstitione, ubique locorum trophæum  
Christo victori Crucem fixit. Et jam reliqua val-  
lis unica Randena erat. In hâc illi Superi trium-  
phum decrevere. Nam cùm unus unicus in ho-  
stium cuneos irrupisset, & æreum Saturnum re-  
ctius cælo quàm Jupiter pulsurus, dejectum fra-  
ctumque in præterfluentem abjecisset, ipseque  
jam basi statuæ deinceps insistens, ad concionem  
dice-

27.M  
dicer  
triun  
Da  
est, q  
pra or  
in pa  
vene  
serm  
  
L  
uber  
ut au  
virtu  
stinx  
gelis  
man  
cerv  
re, q  
ret.  
pug  
gem  
cum  
spex  
gelo  
mon  
cule  
sed a  
DISI  
resp  
qua  
rà sa  
cùm